



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 42. Hoc decretum ad omnes Fœderatorum Urbes transmissum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

„aspiranti farent, aut suppetias ferunt,
 „religionis desertores sunt, & in pec-
 „cato cum vitæ æternæ dispendio de-
 „gunt, ita isti, qui se ei pro religionis
 „defensione opponunt, plurimum apud
 „Deum, & homines merentur: insu-
 „per sicuti illos, qui in stabiendo
 „hostis generis humani regno pertina-
 „ces sunt, æterna poena manet, sicut hi, qui
 „ad sanguinis usque effusionem resistunt,
 „æternum in cœlo prœmium, & ut
 „fidei propugnatores immarcescibilem
 „martyrii coronam proculdubio conse-
 „quuntur..”

Sæcul. XVI.
A.C. 1590.

Hoc decretum ita concludebatur nullo omnino contradicente, die septima Maji anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo nonagesimo, dum tertius generalis Conventus hanc in rem in ampliori Collegii Sorbonici Aula fuit habitus, cunctique Facultatis Doctores interposito juramento ad hunc conventum convocati sunt.

§. XLII.

Hoc decretum ad omnes Fœderatorum Urbes transmissum.

Hoc decretum juxta clandestina fœderatorum consilia procudebatur: *Mem. de la Lig. t. 4.* insuper quantocius typis latine, & gallicae mandatum, ac nomine Parisiensium cum præfatione apud regni civitates, quæ

Sæcul. XVI. quæ unioni nomen dederant, promulgatum est unacum epistola, qua omnes huic

A.C. 1590.

decreto obtemperare jubebantur, indicta etiam bonorum proscriptione, ac
vitæ dispendio: præterea addebantur literæ a probatoribus Parisinæ Urbis
civibus scriptæ, in quibus Sorbonna magnificis elogiis honorabatur, ac de il-
lius Doctoribus hæc proferebantur: „ho-
„rum decisionis eo major habenda est
„ratio, quo certius ad eos pertinet, in-
„ter lepram & lepram judicare, præ-
„sertim cum decreta tanti in Ecclesia
„momenti sint, ut ea sancta Sedes sem-
„per probaverit, & secundum ea pro-
„nuntiaverit, prout nuper in præsenti
„negotio verbis oppido disertis fecit;
„proinde sicuti nos ea tanquam a Spi-
„ritu sancto dictata amplecti, & ad ex-
„tremum vitæ spiritum sequi decrevi-
„mus, sic & universos hortamur, ut
„his subscriptant, & vel cum vitæ hujus
„fortunarumque omnium periculo ex-
„certa vitæ melioris fiducia acquiescant,
„pareant, & pretiosum hoc fidei deposi-
„tum a nostris Majoribus relictum con-
„servent, ac proprio cruento effuso, suæ
„que vitæ jactura firment, præcipue
„cum omnia sua bona, imo & sanguini-
„nem se profusuros jurato polliciti essent,
„aliunde vero in memoriam revocent
„tot luculenta miracula, quibus hucus-

„que

„que a malo præservati sunt, nam hæc Sæcul. XVI.
 „totidem sunt evidētia signa divinæ A.C. 1590.
 „Providentiæ, quæ nos a nostris ini-
 „micis eripere nititur, ac Principes,
 „Proceres, nobilioresque Magistratus
 „unacum populo ita dirigit, ut juxta
 „prudens, & salubre Facultatis adeo
 „celebris monitum hæreticus propel-
 „latur, nec unquam memoria exstet,
 „quod nobilissimum Franciæ Sceptrum
 „ab hæresi fuerit ullo tempore conta-
 „minatum: eapropter nos Parisini cun-
 „ctos ceterarum Urbium incolas hor-
 „tamur, ut nostrum exemplum imitan-
 „tes sua bona, vitamque potius amit-
 „tere, quam ab hac regula deviare ve-
 „lint, fintque omnes persuasi, quod
 „hac agendi ratione sibi perennem felici-
 „tatem, ac sine fine in æternitate du-
 „raturam quietem promereri possint.,
 Præter hoc Parisiensis Senatus aliud
 edidit decretum, quo constituta mor-
 tis poena prohibitum, ne Henricus Bor-
 bonius tanquam Rex agnosceretur, aut
 de pace, vel induciis cum eo sancien-
 dis ullo pacto ageretur. Huic decreto
 parebant fœderatorum Prædicatores, ac
 præprimis inter alios Panigarola Asten-
 sis Episcopus, & Bellarminus Jesuita
 Legati Theologus ad hujus Senatus
 consulti tenorem se accomoadabant.

§. XLIII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1590.

§. XLIII.

Cardinalis Borbonius, dictus Carolus X. vita funditus.

*Thuan. l. c.
Spond. n. 10.
Daniel hist.
de France
t. 7. p. 54.
§ 63.*

Rege adhuc Callæ hærente nuntiatum est, Cardinalem Borbonium, qui sub nomine Caroli X Franciæ Rex a fœderatis proclamatus est, Fontenaci in suo carcere die nona Maji ex calculi doloribus extinctum esse. Erat is Firmitate ad Jotrum in Bria die vicesima secunda ex Carolo Borbonio Vindocinensi Duce anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo tertio natus, atque anno ætatis suæ sexagesimo septimo mortuus. Obtinuerat progressus temporis Nivernensem, & Sanctonensem Episcopatum, necnon Archiepiscopatum Rothomagensem, pariterque Bellovacensem administrabat Ecclesiam, postquam Castillionæus Cardinalis hæretico veneno infectus ab Ecclesia defecerat: tandem vero Carolus Avenionensi Legatione honoratus, ac Franciæ Primoribus annumeratus Regii Ordinis Commendator sancti Dionysii, & Divi Germani de Pratis, necnon sancti Ovani Abbatias regebat: denique anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo octavo a Paulo III. Cardinalis renuntiatus est, ubi ab initio Ecclesiæ utilitatem summo studio procu-